ARTIS

POETICÆ,

Musarum Candidatis

Addiscendæ, formula recens et dilucida.

Authore *R. Ll.*

Londini Typis T. R. *Anno Dom.* 1653.

POETICAL

Auſpice Chriſto,

DEO,

Quantum quantum eſt, vovetur opuſculum.

Cuncta ſciens, lucis pater unus, origo bonorum,
Scire manu larga tribuens; Qui ſanda Balamo
(Dæmone conſulto) dederas; Cui quiſque Poeta
Ab Jove principium cecinit, licet Ethnicus idem;
Qui numeris elementa ligas, ut frigora flammis,
Arida conveniant liquidis, ne purior ignis
Evolet, aut ſpiſſam demergant æquora terram,
Singula qui metro ſibi das famulantia juſto,
Aſpirare metris famuli dignare benignus;
Ut tua decantent varijs præconia longe
Plura poematibus, Coeant ut diſſona ſecum
Harmonice verum paſſim tibi pangere cultum.
Ut vitijs fucum pellant, horrenda fugentque,
Aſpera Civilis ſedent ut bella tumultus.
Barbara ſecla colant literis, Mavorte quieto,

Virtutum timidis animumque Clientibus addant.
Da Pater alme tuo redeat pax læta popello.
Da (precor) hostiles nexu jungantur amoris.
Da tibi. Da Christo demum nos subdier omnes.
Da fontem lustrare boni. Da (luce reperta)
In te conspicuos animi defigere visus.
Tu requies tranquilla tuis: Te cernere, finis.

Candido

CANDIDO
LECTORI.

AB nuperrima Novatorum insolentia dum impensius abhorresco, sub ipso limine nostram, alio (Deus faxit) sensu, deprecandam arbitror. Ob in auditam artis Grammaticæ rationem isthoc Codicillo reddendam, forsan obstupescas, sed mirari desine. Si nobis Protoplastæ mens primigenia redintegraretur, qui singula totius creationis membra re pariter, ac nomine cognitissima calluit, nihil ad intellectum posset accedere novum. Quandoquidem vero communem illusarum mentium contraximus morbum; Cognitionis parum e physicis, multo minus e Metaphysicis, Scientiarum fontibus ab omni sensu remotissimis exhausimus. Imperitiæ huic medendæ operam navarunt optimi omnes, indè nuncupati rerum Inventores, quos singulis prodijsse seculis nemo Scioius ignorat. Nec dum tamen est ars ulla numeris omnibus adeo absoluta, cui nihil immutum addi, nihil superuacaneum demi possit. Sin alij aut

inepte nodum in ſcirpo quærant, aut infructuoſe, ne dicam, diſpendioſe lacrem lavent, aut Canum inſtar Lunam oblatrent, quo videantur vigilantiſſimi, audiant ſagaciſſimi, nil refert, ut vitio verteretur bonæ frugi hominibus de Republica bene merentibus. Cujuſmodi ſunt literarum Mæcenates (vix abfuit, quin appellaſſem patriæ patres) ijſdem proximius affines, ut bono communi conſulentes, quos præmijs excitari quam probris affici conſultius eſſet. Cæterum plurima retardant hoſce incommoda ſeſe undique adoritura: domi, labor indefeſſus; Sumptuum cumulus, rei familiaris incuria, foris, apud malevolos innovandi ſtigma, mercesparum grata, procul dubio ſperanda; Imprimis ab omne genus monſtris egregium quodvis meritum, ore inceſto fugillaturis, ut gloriæ captiunculam, aut avaritiæ prædam. Concumelijs vero nequiſſimorum (in quos canes mingant dignorum) conſopitis, non ſum adeo recens Grammaticæ familiæ hoſpes, ut me lateat, plurimos non modo literatorum, ſed et Scolarcharum probos æque ac doctos Sparram hanc (utpote ſcientiarum omnium Baſim) affabre inſtructam deſideraſſe. Alios (præcipue inter alienigenas Voſſium, inter noſtrates Farnabium) de ſudaſſe; Alios aliqua ſupellectile ditaviſſe. Alios vero aut gratiori ſatiſcere cura, aut torpere ſocordia, aut laborare imperitia, aut Lilij acquieſcere ſententia, aut immodice (modeſte tamen) diffidere ſua; Neminem vero (quem povi) ad amuſſim rem Grammaticam, ſaltem integram, minimeque poeticam exegiſſe. Huic provinciæ proprium eſt, vix ulli cum alijs convenire, ſecum paucis. Meipſum internoſco pati quidvis huma-

num, præ cæteris odi glorioſum. Quamobrem ſtudijs hiſce nunquam interfuiſſem, niſi alijs prodeſſe ſperaturus, mihimet haudquaquam ſatisfacturus: ſi cuiquam a meo diſcedere ſenſu libuerit, faceſſere licet, ſuopte abundet, nihil e cathedra pronuncio.

Quod ſupereſt, ſub ipſa Grammaticæ methodi ratione cauſas non contemnendas recenſui, quorſum toto negotij curriculo via trita deflectitur: ſemita igitur tranſitus inſueta, cum ſæpiuſcule cæſpitari oportet, error facili eſt venia dignandus, quem contraxit officioſus (minime Gentium Malevolus. Quinetiam quicquid errati deprehendes, me des Candidiſſime admonitum, aut id omne emendatum, aut (quod ſatius eſt) utrumque ſartum tectum, te pro benevolentia quæſo, et ſalliciter, vale.

De

DE PROSODIA.

QUandoquidem & mos obtinuit, & ratio postulat, ut à Prosodia inchoetur ars Poetica: Ibidem prima ponentur vestigia, præmissis quibusdam literarum affectionibus linguæ latinæ propriis. Quantum enim ad illas latinæ cum anglicana communes, sub ipsis anglicanæ Grammaticæ primordiis dictum est abunde.

De Literarum affectionibus.

Literæ apud Latios usitatæ sunt duæ & viginti, figura eædem cum anglicanis, scilicet. *a. b. c. d. e. f. g. h. i. m. n. o. p. q. r. s. t. v. u. x.*

Aliæ tres sunt Græcis propriæ, nimirum, *k. y. z.*

Veruntamen kardo, kaput, & id genus alia per *k* efferuntur, magis ob luxum, quam ob usum.

y Latine redditur per *u.* ut in astu, Tertullus.

z autem vertitur in *ss.* ut in massa, patrisso.

w. peregrinis idonea *gu.* latine sonat, ut in guerra, Gualterus: de singularum sono, hisce versibus proluditur.

De Literarum spiritu & sono.

A. *Paulisper hians inter suspiria profers.*
B. *(quæ vox ovium) labro sit utroque recluso.*
C. *(sociis e. vel i. sonat f. k cætera refers.*
D. *prodit, lingua dentes pulsante supernos.*
E. *guttur prima muliebrius edit apertum.*
F. *superos dentes labrum compellit ad imum.*
G. *(subeant e. vel i.) stridet, aut k mitior exit.*
H. *præ vocali, post r. c. est spiritus asper.*
I. *lugubre sonat vocalis, consona gingrit.*
K. *sonat asperius g. velut c. fortis habenda.*
L. *facit extremum contingens lingua palatum.*
M. *nares edunt, presso sed utroque labello.*
N. *quoque, sed pulset dentes tum lingua supernos.*
O. *miranda canit, cetat ore rotunda rotundo.*
P. *b fit asperior, sonat f. h. est sodalis.*
Q. *(cui semper adest liquens u.) ceu k. sonabit.*
R. *canis edetur, si crispat lingua palatum.*
S. *afflans dentes exibilat anseris instar.*
T. *quasi d. resonat, nisi quod magis aspera prodit.*
V. *facit os arctum, vel molle digamma sonabit.*
Y. *minus u. terret, longeque virilior i. fit.*
X. *refert c. cui comes s. sonat unica binas.*
Z. *que sonum duplicem prima tibi fronte dat adsum.*

Cæteris consonantibus nuncupatis. A. e. i. o. u vocales audiunt, totidemque habentur dipthongi, scilicet æ. au. œ. eu. ei. ut in æs, aurum, cœna, neuter, deinde, ultima rarius invenitur, quæ non sapit Archaismum, ut queis, arteis, plureis, captivei, leibertas, quo censu habeantur aulai, poina, &c.

U cum alia vocali post c. g. q. s. nunquam fiet dip-

diphthongus, quin potius liquida ſæpiſſime reperitur, ut in cuique, anguis, ſuadæ: porro nonnunquam corripitur una cum Syllaba præcedente, ut in requies, reliqua, quod tam ab duplici conſonante, quam ab diphthongo eſt alieniſſimum.

Quædam literæ, ut plurimum majuſculæ, vel ſolæ, vel ſaltem paucæ, vicem gerunt, aut numeri, ut J, U, X, L, C, D, M. aut nominis proprii. ut A. pro Aulus. B. pro Beatus, C. pro Caius. Cn. pro Cneius, &c. aut ſententiæ cujuſdam cognitiſſimæ, ut S. P. D. pro ſalutem plurimam dicit &c. de quibus lexica conſulat Tyrunculus.

Quædam labefactatæ coq; Latia Pallade indigniores apud priſcos tantum leguntur, forſitan ob ſoni figuræve cognationem, nec inſolenter ob Typographi aut incuriam, aut inſcitiam, quam quidem alii deinceps ſunt ſectati, ut bruges pro fruges, Byrrhus pro Pyrrhus, anticus pro antiquus, duellum pro bellum, fordeum pro hordeum, traſo pro traho, Caſſantra pro Caſſandra, Hecoba pro Hecuba, Pulyxena pro Polyxena, Vergilius pro Virgilius, cœſo pro cœlo, advortier pro advertier, dederont pro dederunt, pultare pro pulſare, decumus pro decimus, ſcribundus pro ſcribendus, cauſſa pro cauſa, formouſus pro formoſus, accentu circumflexo in literam u. imprudentiſſimè verſo.

Quod genus alia paſſim inter legendum occurrunt.

Quælibet literæ, dictionum, aut plurium compoſitione, aut ſingularum variatione, aliæ in alias migrant: L. pro ſua indole ſola eſt immutabilis, ſicut & F. pro ſede, nullas voces claudens, quare nec eliſi nec variari poteſt. P. tantum ſono mutatur,

katur, ut Gryps gryphis. Q r. s. r. u, quandoque, sed raro in alias vertuntur, ut quis cujus, sero sevi, pes pedis, rex regis, verti versum, genua genibus.

Quædam initiales aut latinas voces græcanico more figurant, aut græcanicas latinitate donatas indicant. Ejusmodi sunt Tædia pro aedia, terra pro era, Jonice. Belena pro Helena, diræ pro iræ, Dorice. gnavus pro navus, Attice, Veneti, Vesperus, Vesta, vestis, vim, vinum. Aeolice (habent digamma interpositum, Ovis & Boves.) Hujusmodi sunt Salsus, serpo, superbus, Halo, herus, hio, hora, hyera, aspirationis nota in literam mutata. Mars, Nilus, Smyrna, Syracusios, & alios ejusmodi habent Authores.

Quædam augentur in medio, ut magnus, sterno.

Quædam insuper, paucæ vero, minuuntur, ut sero, latus, per, sub.

Plurimæ passim variantur, tam consonæ, quam vocales, aut dipthongi, ut ango, bis, volo, Caius, guberno, lympha, gaudium, medium, locus, triumphus. Mutuo commutantur & d. l. & x. ss. ut Ulysses, meditor, asseres, maxilla, cui accedit mando. Denique permutantur a. ut crapula, e. ut tingo, vomo, unus. i. ut æmulus. o. ut aratrum, genu, imber, sur, byssus. y. ut canis, alcedo, folium, duo. ai. ut venio, trochæus. au. ut parum. ei. ut Pelides, politia. eu. ut fugio, Achilles. oi. ut poeta, puniceus ou. ut lavo, pes, bos, musa. græcissant singulæ, iisdem dialectis affectæ, acsi mansissent græcanicæ, Idque in progymnasmatis admonentur qui secus ægre comperiant, aut vocabuli

buli græciſſantis figuram, aut ſyllabicæ quantitatis rationem hinc in promptu ediſcendam. Spiritus adhæc, & ſonus literarum præcognitus poetarum acumini ex uſu eſt futurus, qui crebeſcendo iteratus, pro indita virtute, ſuſpiriis, tenoribus, ſuſurris, titubationibus, minutulis paradoxis aut exprimendis, aut excitandis erit perquam idoneus, de quibus ſpecimen poſtmodum exhibebitur.

De Syllabicis affectionibus.

Totidem recenſentur dictionum, quot & corporum dimenſiones. Quarum latitudo literarum ſono & ſpiritu, de quibus hactenus; altitudo, aut profunditas ſyllabarum tono vel accentu; longitudo earundem pronunciandarum tempore aut mora dignoſcitur.

De tonis, ſive accentibus.

Tonus Grammaticorum ſtylo deſcribitur, nunc Moderamentum, nunc vocalitio, nunc vox ſyllabarum, quibus inter pronunciandum trifariam moderatur; aut elevando, & vocatur acutus, aut deprimendo, gravis nuncupatus, aut ex utroq; ſimplici conflatus, Circumflexi titulo inſignitus. Singulorum enucleata ratio in Græcorum tabulis eſt perluſtranda: Quo (ſi quis plura vult) Orthotonias ſtudioſum remitto, ſat habens, quantum pro noſtro ſit inſtituto, in hac ſubſequente Schedula ſummatim perſtringere.

Tonorum regulæ.

Monosyllaba quæcunque dictio, si corripitur, aut positura producitur, fit acutitona, ut sal, sel, pars, lex. Sin vero longa sit natura, circumflectitur, ut mos, ren, mus, sol.

Dissyllabæ cujusvis ultima semper est gravitona, prior autem, quæ natura extenditur ante brevem subsequentem, prorsus circumflectitur, ut Roma, rete, luna, trames. Alias acuitur, ut cassis, mensa, palus, celer, prudens.

Polysyllabæ penultima circumflectitur, si longa sit natura ante ultimam brevem, ut latinus, orator, formosus. Alioquin acuitur, ut amari, repente, sacerdos: porro acuitur antepenultima, si brevis, aut anceps sit penultima, ut pontifex, celebris, dominus. Excipiuntur composita cum facis facit, fis fit, nam acutitona est priorum penultima, posteriorum ultima, ut assuefacis, malefacit, calefis, benefit, ubi finalis acuta pro gravi habetur: omnis autem syllaba censetur gravitona, cui nullus imprimitur tonus. Tres tandem locos obtinet acutus, duos duntaxat, eosq; posteriores, circumflexus, gravis nonnisi ultimus appingitur.

Accentuum appingendorum causa.

Tonorum notæ apud Latinos nullibi signantur, nisi amphibologiæ tollendæ gratia. Quapropter, aut 1. secernunt origines, ut occido et occidos; aut 2. discriminant casum ut spiritus, sed circumflectitur ob synæresin fructus, venit enim a

su-

fructuis apud priſcos, Muſa itidem pro Muſæ, nec non una, ergo, ſic, qui, huc, pro cui, huic, Dativus enim ſingularis iota ſubſcripto apud Græcos inſignatur. Genitivus quoque pluralis ob Syncopen circumflectitur, ut Cœlicolum, virum, bonum. Currum aut 3. ab reliquis etationis partibus diſterminant adverbia, eo, quo, vero, quod, triſte, amice, cito, circum, palam, pone, cum, cedo, quiſpiam, amabo, atque alia ejuſmodi quam plurima. aut 4. Diverſum ab appoſitis compoſitum reddunt, ut deinde, deinceps, duntaxat, deorſum, quamobrem, quinimo, hucuſque, delonge, ſiquando, id genus, ejuſmodi, eniuvero, quadantenus, Quibus ſingulis ſuſpenditur ante penultima: aut 5. Diſtinguunt a compoſitis parelca, nempe conjunctiones inclinativas, aut adjectiones ſyllabicas integris dictionibus conſociandas. Cujuſmodi ſunt, nobiſcum, luminaque, lauruſve, caveſis, agedum, paulisper; Inquibus acuitur penultima. Sed ne interrogativa acuitur in ultima, ut ficine. aut 6. Præpoſitionum tranſpoſitiones denotant, ut erantr a per, et remos, te penes, pube tenus, Romam verſus. aut 7. Vocis integræ, ſedem retinentes, diminutionis Judicium faciunt, vel acutitonæ in Apocopatis, ut peculi, valeri, vel circumflexæ in Syncopatis, ut Cujas, Arpinas, pro Cujatis, amaſſe, pro amaviſſe. aut 8. Vocabula indicant peregrina, quæ ſuum idioma ſervant, ſedenim ſub hac lege fieri oportet, ut iſdem plane literis proferantur, alias, latinitate donata, latine ſonent, ita Simoeis, Sophia, Paralei pomenon, ſic Semibos, Satrapa. Quinimo tutius eſt, longeque gratius, ut exotica prorſus Latine accententur inter latine ſcientes, aliarum vero linguarum imperitos. De

De Syllabarum quantitate.

Syllabarum quantitas ex ipſarum proferendarum intervallo conſtat, quæ pro ratione unius inter pronunciandum ſpacij, vocantur breves, aut dupli temporis longæ, aut utrovis modo uſurpandæ communes, vel dubiæ. Porro tam breves quam longæ ſunt ejuſmodi, vel natura, vel Figura, vel tandem regula. Communes ſola lege, certa vero, non vaga; Dubiæ unica claſſicorum Poetarum authoritate; Ambæ ritu eodem diſcretæ, quo ſic dicta nominum genera.

De Syllabarum figuris ad quantitates dignoſcendas prævijs.

Metaplaſmus figuras quaſlibet Syllabicas ſuo velut ambitu complectitur, quatenus metricæ neceſſitatis, aut ornatus cujuſdam gratia, ſolitam dictionis ſpeciem transformat in aliam, vel adijciendo, vel detrahendo, vel immutando; Quod genus decem figuras ob oculos componit ſubſequens Pentaſtichon.

Protheſis apponit capiti, ſed Aphæreſis aufert,
Syncopa de medio tollit, ſed Epentheſis addit,
Abſtrahit Apocope fini, Cui dat Paragoge,
Antitheſis variat, transfertque Metatheſis.
Et quæ Conſtringit Craſis, diſtracta Diæreſis effert.

Figuræ tres dictionem augent.

Protheſis literam aut ſyllabam ad initium dictionis apponit, ut gnarus, tetulit; Epentheſis medio

medio interserit, ut trahea, navita, alituum, Carthaginiensis, relligio, littera, repperit, retulit; quibus accedit Tmesis; ut quo te cunque vocat. Induperator est regularis, haud figurativus, utpote ab exotico indu compositus. Paragoge fini addit ut diciet, egomet, suapte.

Figuræ tres dictionem minuunt.

Aphæresis literam aut syllabam initio abscinditi, ut nascor, covia. Sed temnit pro contemnit; Enallage habenda est Figuræ. Syncope medio aufert, ut nil, caldum, puertia, repostum, surpuerat, promosset, produxe, divisse. Apocope fini subtrahit, ut mi, niger, viden, concubitu.

Figuræ quatuor dictionem variant:

Antithesis est alteratio ut plurimum vocalis in aliam ejus vicem functuram, ut luci, vesperi, dicundi. Quomodo & Antistoichon permutat liquidas, ut magalia pro magaria, et pro sedda sella. Metathesis est literarum transpositio, ut Tymbre pro Tymber, pistris pro pristis. Diæresis aut Dialysis diphthongum dissolvit, nec non ϒ, digamma, vel u. liquidam a socia vocali dirimit, adeo ut syllaba ex una duæ fiant, pictai, dissolvenda, suavis, gaudet.

Crasis, alias dicta Synæresis, Synecphonesis, aut Synizesis est complexio, vel contractio duarum vocalium (quarum alterutra syllabam constituit, aut in unam Diphthongum, aut in alteram vocalium productam, ut Phæton, Thesei, aureis, tenvia, arietis, vemens, cui, huic, dijs, atque alijs ejusmodi.

Synalœpha proxime ad Synæresim accedit, eandem, afficiens dictionem, sed compositam; ut de'st, dero, ijdem, ant'hac, sem'homo, ant'ambulo; cæterum nonnihil remotior; inde fit inter diversas contingens dictiones, ut viv hodie. Indidem vero longissime abest, quando finali una cum præcedente vocali per Ecthlipsim exciditur, ut quant'st in rebus inane. Denique per Archaismum. 5. Itidem abscinditur alteram ante liquidam: aut saltem neglecta positione brevis persistat syllaba: ut

——— Decidere falcibus ramos.

De ratione quantitatis investigandæ.

Quantitatum unamquanque justa perpendant trutina Tyrones; si syllabarum conferant Analogiam, primarum cum Themate mediarum, aut cum primi geniorum incrementis, aut cum aliunde ortorum Etymis ultimarum cum propria partium orationis desinentia.

Cum vero nonnulli quantitatum canones ad syllabas ubicunque locatas pertineant, ejusmodi primo sunt limine salutandi; Ne pedem referre oporteat, eosdem resumendo, non sine temporis jactura, pariter ac Novitiorum molestia: Hoc igitur communi censu quinque ponuntur canones. Accentus, vocalis ante vocalem; Diphthongus; positura, Etymon.

De Accentu.

Circumflexus quolibetin loco producitur, 1 Ut mos, 2. Ut Romanus, 3. Ut Arpinas, extenditur

ditur etiam penultima polysyllabæ acutitona, ut sermonis. Eadem vero gravitona corripitur, ut sollicitudines. Itidem accentibus indagari potest syllabæ cujuslibet nisi primæ quantitas, nimirum si dictio minuatur, gradatim redeundo ad originem. Ita sollicitudo penacuta protrahitur in penultima, solicitus gravitonam corripit penultimam. Porro in solici gravatur penultima, scilicet correpta. Quo pacto in cæteris protoni mora quantitas est rimanda. Tanti refert Sciolos a probis ac eruditis Præceptoribus institutos æquo vocum pure Latiarum tono assuefieri; quas dummodo rite pronunciant, oportet ipsos quantitates insimul affatim callere: Alioquin sub Magistris militantes barbarissimis linguam opus est stribiligine polluant tenellam, deinceps nunquam futuriad artem Poeticam idonei.

De Vocali ante Vocalem.

Vocalis ante alteram distincte sonantem prorsum brevis est natura, sive 1. Initio, ut meum, nihil, sic aheneus, per aspirationis, ficrem & fieri, per vocalis Epenthesim, sive 2. Medio, ut filius, transeo, sic insuavis, solutisse ob Diæresin, ubi prior liquidam, altera vero digamma in vocalem vertit cognatam, sive 3. termino, ut

——— Formose vale, vale (inquit) Iola.

——— Sic littus Hyla, Hyla omne sonavit.

Ubi ante alteram vocalem in diversa dictione prior finalis non elisa græco ritu corripitur.

Excipiuntur longæ apud Latinos, aulai pro aulæ, Pompei pro Pompeii, diei pro dii apud priscos, & id genus aliæ inflexionis quintæ. Nec-

non apud Græcos Enyo, Laertes, Aonides, Pierides, aer, dius, fio veniens a φύω, sic Nais, Cadmeis, Latois, Nereius, Archeloius, Menelaus, quæ dipthongicam Diæresin passæ poducuntur. Sic Machaon, Pandion gravitone crescentes græcanice porriguntur; Sicut & Ionum Dialecto Idomenea. Sunt adhæc longæ quælibet syllabæ apud Græcos per eta vel omega scriptæ, ut Eous, Troes, vel per ei dipthongum latine redditam per e. vel i. ut Aeneas, Darius, Clio, elegia. Protrahuntur etiam interjectiones, o, heu, ah, proh, hei, vah. Idemq; statuendum videtur de finali longa vocali ante alteram, temere tamen ha ud usurpanda, ut

Et bis, Io Arethusa, Io Arethusa, vocavit.
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Rarius etiam finalis longa breviatur, sed utrobivis ritu græcanico, ut

Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.

Communis etiam invenitur vocalis ante alteram apud Latinos in pronominibus, ut illius, istius, ipsius, unius, totius, solius, ullius, utrius, in quibus i. natura brevis est habenda, sed ob accentum in penultima, eadem est extendenda. Et idcirico in alterius omnino corripitur, nam antepenultmæ tonus apponitur. Sed in alius tantummodo producitur ob vocalium Synæresim. Anceps demum reperitur in dictionibus, ut plurimum græcis, poetice ita usurpatis, ut ohe, Chorea, Platea, conopeum, Gerion, Orion, Malea, Diana, ubi prior syllaba simpliciter a Dis derivata brevis est natura: compositè vero descendens a Dis & Jana protrahitur figura, nempe syncopata.

De

De Diphthongo.

Omnis diphthongus ubivis loci natura producitur, ut ævum, audis, amœnus, neuter, Thebæ, complureis. Sed prior syllaba in Mæotis poetice legitur dubia, necnon præcompoſita cum dictionibus a vocali exoriis, ut

Ver præit æſtatem ——

—— domino prævit Arion,

Præterea diphthongus finalis ante alteram dictionem a vocali incipientem græcanice fit brevis. ut

Inſulæ Ionio. ——

De poſitura.

Vocalis ante duplicem conſonantem, nempe J. Z. X. in eadem dictione, vel ante duas conſonantes, quarum utraq;, vel ſaltem altera in eadem ponitur, ubi ubi eſt conſuetudine porrigitur: ut major, gaza, fœlix, proſperque. Attamen ſi vocalis natura brevis qu. vel ſu. præcedat eadem omnino remanet, ut aliquis, maleſuadus. Sin præit mutam & l. fine z. liquidam (quæ compoſitione non coaleſcunt appoſitis ſimiliter producendæ, ut in oblongus, abripio) tum communis redditur, ut replet, ſacra. Sed penultimam creſcentium (quarum rectus in trix aut ples definit) nemo inſignis poeta producit, apprime vero fiat in obliquis.

Illa genitricis pietas

—— Nulla locupletum.

Dictiones aliæ græciſſant, cujuſmodi ſunt

Et

Et Smaragdi, Pyracmon, Clytemneſtra, Cygni dipteriq;.

Græciſſant etiam vocales ultimæ natura breves quæ producuntur ob duas conſonantes dictionem, proximam inchoantes: ut

——— gladium Romana ſtringit in ora.

Deniq; priſci poſitura in diverſis dictionibus neglecta vocalem brevem ante duas liqueſcentes extenderunt: ut Tu dabis ſupplicium: de quibus in Craſi. Quinetiam corripitur i. vocalis ante eandem conſonam, ſed in altera compoſitionis parte locatam, ut in ſemijoves, bijuges. In aliis autem compoſitis prior ſtabit regula, ut humeris rejecit amictum: alias ſyncopatur, ut reicjitq; canes in vulnus hiantes.

De Etymo.

Etymologiæ incerta non indoctis hallucinandi anſam ſæpiuſcule miniſtrant: hinc procella, quam alii volunt deſcendere a pro & cello; alii putant eſſe diminutivum a procerus. Rurſum procerus alii deducunt a pro & cera, alii a procul cerno, quod potius eſt Etymon, utpote quantitate magis conſonum. Sic ſedes a ſedi, fomentum a foru, non a ſedeo & foveo. Sic dicax a dico dicas, ſicut indicas indicium (quantitate cum conjugatione commutata) quomodo e contra fit lego legas, a lego legis ortum.

Porro pauciſſimi derivatorum origine diſcrepantium rationes advertunt. Quarum alia eſt 1. ob ſecernendas a ſe invicem orationis partes, ſcilicet nomen a verbo, ut ſuſpicio ſuſpicionis, a ſuſpicio ſuſpicis, fides fidei, a fidam fides, dux ducis

cis, a duco ducis lex legis, a lego legis. 2. Alia est ob immutationem sensus denotandam.

Sic humor veniens ab humo, necnon vomo vomer,
Ex hylo, atq; penu, nihilum, penuria fient.
Et si orta tego, tego, regula, tegula manant.
Sagio datq; sagax, dat juroq; pejero natum.
A pede fit pedor, sunt jugera nata jugoq;
Dux laterna viæ laret aurea, mole molestus.
Imbecillis adhuc stabili nitere bacillo.

Alia est 3. ob amotam positionem, unde concitatior fit syllaba, ut
Scindo scidi dat, findo fidiq; latina, disertus,
Innuba, sic fragilis, sic Carnis otella, curulis
Sic aperis, operis, & omittis, volvo volutum.

Alia est 4. ob elementorum permutationem.
Humanos homo dat notum, dat cognita clamo
Clamito, sic iterata nato, noto, singula (quartæ
Ni fuerint Classis) legitur dormitat Homerus.

Quod reliquum est manet quantitas vocalium sive ut plurimum seu integre mutatarum in compositis, ut
Cædo dat occido, cado sed facit occido, obedis
Audio, conseero sacras, inimicus amicus.

Alia est 5. ob syllabæ vel mutilatæ vel cumulatæ compensationem, unde altera extenditur, altera corripitur, priori modo in præteritis atq; supinis dissyllabicis, pariter ac in nominibus, ut
Vena dabit venio, remus remeoq;, vireſco
Viteo, dat video vidi, sic visio visum.
Sic fugio fugi, fodio fodi, vetus ac odio odi.

Excipiuntur ex præteritis dissyllabis duo, bibi & tuli ambo græcanica forsitan Apliæresin, æque passa, pro bebibi, tetuli.

E ſupinis hæc, itum, litum, rutum, vix legun-tur, niſi compoſitione fiant polyſſyllaba, quitum nunquam. Situs legitur pro poſitus. Citus, ratus, latus, reperiuntur participialia, ſed cum verborum caſu neutiquam conſtructa. Datum, daturus, datus, damus, dabam, dabo, daro, darem, dare, una cum compoſitis candem conjugationem ſervantibus hoc habent ſibi ſingulare, ut primæ conjugationis ſecura, græcanico ritu ſapiant tertiam, quam alia exinde orta ferme omnia retinent.

Poſteriori modo præterita (græcorum more) per atticam anadiploſin adaucta ſyllabam rapiunt priorem.

Unde ſteti, cecini, pupugiq; dediq; momordi. Quibus accedunt nomina priorem ſyllabam pro incremento, ſuccedentis ratione corripientia, ut Aret arena, vocant varicoſum varice plenum. Luce lucerna micat, ſopit valdeq; ſoporans. Vito dat vitium, poſituram pono q; macer Dat maciem, faciet bubuſq; bubulcus, arundo Areo, ſtans ſtabilis, faciet qualuſq; quafillus, Eſurit eſurus meditandi verbaq; cuncta.

Alia eſt 6. ob figuratam ſyllabarum affectionem, quas tum ſyncope tum Craſis producit, ut ſcilicet pridem ſedecim, nonus, denus, bigæ, bobus, junior, malo, cogo, Phæton, tibicen, cum plurib us aliis.

Ejuſmodi vero ſyllabæ corripiuntur, figuram paſſæ tam diæreſis u liquidam, digammave ab ſocia vocali dirimentis, ut ſuesco, plauſus; quam Synizeſis, utpote quæ abſorbet aut vocales, ut ſemhomo, ſemanimus; aut conſonas, ut hodie, idem neutrius generis.

Alia

Alia est 7. ob licentiam poetis propriam, ut

Odia dant odijs, connubia connubijque,
Liquida dant liquidis, & rudit asella, rudetque,
Singula tamen variant pro ratione diversa.

Odia enim primam producit tanquam ab odi, eandem rursus corripit quasi ab odio, secunda itidem in connubia est longa, quasi a nubo, rursum brevis velut a nuptum, per Synizesin positione amota, & sic in reliquis. Quibus accedunt alia pro metri ratione necessario variantia, ut liquefaciens, veneficus, ambitiosus, semisopitus, & id genus quam plurima, ut

Flamma liquefaciens quæcunque venefica pellit.
Ambitiosa fuit, semisopita jacet.

De primarum syllabarum quantitate.

Primarum syllabarum quantitates aliunde non dignoscendas in promptu suggerit vel Etymologia, vel Authoritas: illac Hellocum, hac Smetium consulant Scioli, alterutrinque certiores futuri.

Quinimo Candidati priores syllabas habeant exploratas ex compositione præmissa, sicut & posteriores e diminutione facta, unde impotens penultimam præstans inter pronunciandum brevem, indicat, potens prima corripi. Quo pacto indicium fiat de fugis, & clarus per compositionem, ut in confugis, præclarus. & sic in cæteris. Postremo notandum est quod sicut *ita* et *omega* semper longæ, ita *epsilon* et *omicron* semper breves apud Græcos usurpandæ, eandem latini juris factæ quantitatem retinent, ut Cete, Colon, decem, dolus. Alioquin (nisi sub certa ratione in alteram

vergant

vergant partem) nomina quævis propria Syllabam priorem poetice habent ancipitem, ut Arabs Brito, Cacus, Damon, fidene, Gradivus, Hymen, Italus, Lycas, Macedo, Nabathæa, Orion, Pyrene, Quirinus, Rutilus, Sychæus, Tanicum, Vageni, Xiphene, Zacynthus. Nonnullaque secunda leguntur dubia, ut Cybele, Apulia, Sidonius: Aliaque sunt ibidem dubia ob anceps incrementum modo gravitonum, modo acuti tonum, ut Orion, Syphax &c, in quibus, haud omnium, sed probatissimorum authoritas est sequenda.

De mediarum syllabarum quantitate.

Ad mediarum quantitates cognoscendas oppido suppetit usus dictiones rite proferendi assiduus, sicut antea cautum prævia de accentu regula.

Quandoquidem vero Idoneæ pronuntiationi subserviat tam simplicium incrementi Analogia, quam compositorum formationis ratio, quæ ambæ sunt scitu necessariæ, de utrâvis igitur brevi præcipietur.

De quantitate simplicium per incrementum cognoscenda.

Verborum conjugationes vix quicquam ambiguitatis adhibent, nisi quod tum primæ tum secundæ personæ pluralis penultima, in Subjunctivi futuro legenda, porrigitur pro discrimine præteriti ibidem correpti. Ita ad syllabarum quantitatis nominum incrementa cognoscendas (quod multo est operosius) pueros accingent versus subsequentes.

Tertia

1. Tertia crescentem dabit a. tibi flexia longam,
Græca sed excipies a. vel as. claudentia rectos.
Queis anatem conjunge, maremque vademque latina,
S. vel ab impura quævis crescentia pure.
X. (nisi pax, vox, lex, rex,) quot Monosyllaba claudet.
Excipies & in ax. Gentilia, Græcave quædam,
Nec non fœmineum baccar, par mobile, neutra,
Et jubar, ac hepar, cum nectare, mascula demum
Quot reperis in ar, al finalia (demito narem)
Exempla pietas, calcar. Titan, dogma, lampas. Arabs,
Fax, nex, nix, box, dux, Thrax, abax, storax, lar, sal.

2. Longa sit e. crescens per & ejus, & edis, & etis,
(Hymene, cum pedibus, terete, ac interprete demptis,)
Plebs, halex, species, vervex, seps longaque crescunt,
Elque peregrinum. Rapiuntur at æther & aer,
Atque fides, us, neutra, Clisis sic cuncta secundæ.
Exempla Anienis, mercedis, lebetis, Daniel, vulnus, puer.

3. Crescit i. rapta tibi, vel ab e. si quando creatur,
Excipies vubex. Quot in ivis, & itis, & inis,
Inisque exibunt produc, sed corripe sanguis.
Protrahe Gyps, Nesis, et in ix verbalia, pernix,
Et perdix, phœnix, fœlix, bombyxque, cotumix,
Et lodix, radix, spadix, mastiga cornix.
Exempla cassis, pecten, pellex, glis, Samnis,
Salamis, Phorcyn, nutrix.

4. Longa sit o crescens, sed in o Gentilia raptes,
Neutraque (deme gradus medios, & os, est brevis arbor.
Bos, lepus, atque memor, compos, præcoxque, stipesque
Cappadoci Allobroxque, quot s. impuraque claudit,

Deme

Deme Cyclops, hydrops, Conops crescentia longe.
Exempla sermo, Tento, tempus, marmor, jecur,
Pejus, os ossis et oris. Scrobs inops.

5. *Sit crescens u brevis, producit tamen uris & utis.*
Udis ab us rectio ligus intercusque pecusque
Demptis, protrahitur fur lux Polluxque molestus
Exempla furfur, murmur, conjux, tellus, virtus, palus.

Quietiam operæ pretium erit derivatorum quantitates cognitu difficiliores ad rectas adigi leges: Quare advertatur, quod patronymica in ides vel idæ ab nominibus in eus orta, aut in ion, aut eis, aut ois, aut ine, aut one, penultimam producunt, ut Atrides, Aegides, Japetion, Nereis, Latois, Nerine, Acrisione. Aliter vero in ides, idæ, adæ, adæ, et ias desinentia penultimam corripiunt, ut Aeacides Romulidæ, Iliades, Aeneadæ, Pelias. Porro materialia in inus græcanico ritu exeuntia penultimam brevem habent, ut Adamantinus, cedrinus, *&c.* veluti ac alia cum tenus composita, ut pristinus, hornotinus, *&c.*

Cæteraque in inus ut plurimum possessiva penultimam extendunt, ut vicinus, latinus, clandestinus, repentinus, *&c.* Quod reliquum est, per Orthoepiam discipulis ab erudito præceptore institutis apprime innotescat.

De compositorum quantitate medio invenienda.

Prima pars compositi exiens in a semper extenditur, ut quare, quapropter, quatenus, quadraginta. Itidem in o. terminans plerumque longa est, ut quandoque, ubique, introductus; Sed corripiuntur hodie, quoque, quandoquidem; Cunctaque a duobus nominibus conflata, ut sacrosanctus

crosanctus, bardocucullus. Item in e. desinens raro protrahitur, ut memet, tecum, nequis, nequicquam, nequitia sedecim, & metri gratia videlicet. Cætera vero corripiuntur, ut nefas, equidem, tredecim, trecenti, valedico, malefactum, hujusmodi. Porro in i. finita quæ pro casu variatur, ut idem masculinum, quidam, quantivis, qualicunque, unicuique, Reipublicæ. Quibus accedunt siquis, triginta, triceni, tricesimus, nimirum, ibidem, ubivis, utrobique, sed anceps est in ubicunque. Rursum longa est in compositis a die, ut viduum, triduum, meridies, pridie. Sed in quotidie, & postridie corripitur. Longa est ad hæc quælibet Syncopen aut Crasin passa, ut scilicet, tibicen, bigæ. Reliqua passim brevis est, ut biceps, trifidus, bivium, siquidem, semiboves, agricola, totidem, tubicen, fatidicus, alifer, artifex, unigenus, pennipetens, quadriremis, municeps, denique. Sic demum in u. vel ij. desinens tantummodo brevis est, ut ducenti, duplondius, genuflexio, diuturnus, quadrupes. Polydorus. Corripitur et um. in compositis, quæ in appositis eliditur, ut in circumeunt circamagunt.

Generales ultimarum syllabarum canones.

Inter ultimarum Canones Tres sunt generales, Quorum primus est ultimas syllabas tam in recto nominum quam in secunda persona singulari verborum eadem quantitate affici, qua penultimæ crescentium afficiuntur, aut nominum in obliquis, aut verborum in prima vel secunda plurali, ut Titan Titanis, merces mercedis, lis litis, custos custodis, tellus telluris; sic ama a-

ma-

ma amate, dŏce docete, audi audite, amas amamus, legebas legebamus, legeres legeremus, legero legeris legerimus, utrobique producuntur. Ex adverso dogma dogmatis, leges legetis, sanguis sanguinis, arbor arboris, murmur murmuris, sic lege legite, legis legitis, amaverim amaveris amaveritis utrobique corripiuntur. Excipienda vero sunt pauca raptim exeuntia, sed acute crescentia, ut mel, fel, cor, lac, lactis, os ossis, es estis, cum compositis a sum. Nec non e contra quædam gravitèr crescentia, quæ in ultimam definunt longam, nimirum quælibet græca, ut æther, & cætera in ēr, sic lar, sal, abies, aries, paries, Ceres, sic par, et pes cum utriusque compositis.

2. Pleraque monosyllaba protrahuntur, ut præpositiones a, e, de, pro, necnon sc, di, inseparabiles. Itidem alia, nempe, da, te, si, o, tu, fas, spes, vis, mos, rus, &c. Excipiuntur quædam præpositiones, quæ corripiuntur, scilicet, ăb, ŏb, sŭb, in, ad, Cui accedunt sed, apud, necnon re inseparabilis a retro nata, sed re ablativus in refert, pro interest, producitur. Sunt etiam breves Encliticæ conjugationes que, ne, ve, et syllabicæ adjectiones ce, te, pte. Itidem an, bis, sic dis inseparabilis. Corripiuntur autem omnia in t. exeuntia sat, det, fit, tot, ut, Cunctaque in l desinentia, præter sal, sol, et nil contractum; Et singula in r. exeuntia, exceptis cur, sic, fur, lar, nar, far, ver, quæ forsan olim sicut et calcar erant parisyllabica. Corripiuntur demum nec, atque is, quis, pronomina. Cæterum communia hic atque hos tam in recto quam in Accusativo, atque eis præpositio, una cum hac atque hæc.

3. Apocopata

3. Apocopata pleraque ſunt communia, ſæpius tamen pro brevibus uſurpantur; ut pote Synizeſin paſſa, Cujuſmodi ſunt viden', audin', nemon', tun, ſic donec, pro Donicum.

Speciales ultimarum ſyllabarum canones.

Quæ definunt in a corripiuntur, ut puta pro videlicet, poſtea, eia, ita, quia, menſa, poema, caſtra, & græcanica cujuſmodi, Phyllida, Atrida, Oreſta, pro Phyllidem, Atridem, Oreſtem, ut pote redundantia, ſed vocativi ab as deducti protrahuntur, ut *Thomas Thoma*, nec non Ablativus ſingularis, ut menſa, velut et imperativi ſecundæ perſonæ ſingularis olim contracta, ut ama pro amae, græcorum more, ſic numeralia, plerumque in ginta ut quadraginta quæ raro ſunt brevia. Porriguntur etiam antea, præterea, contra, erga. Sed corripiuntur in al, an, aut ar deſinentia, ni ſint peregrina, ut Nabal, Nathan, vel exeant in an, a recto in as, ut Aenean ab Aeneas, quæ cum paucis alijs ſuperius exemptis longa ſunt. Cunctaque in as finita extenduntur, præter rectos gravitone creſcentes, ut Lampas Lampadis, aut Accuſativos plurales græcanicos acutitone creſcentes, ut crateras, heroas, quæ ſunt brevia: in e finita fere omnia breviantur, exceptis abeta deſinentibus, nec non Ablativis ſingularibus quintæ Declinationis, una cum adverbijs quæ veniunt ab Adjectivis ſecundæ Declinationis, pariter ac ferme et fere, et valde pro valide, quæ porriguntur; bene tamen et male ſunt brevia. Corripiuntur etiam quælibet in ec, el, en, er finita, præter Accuſativum ſingularem Græcorum in *ω* deſinentia, aliaque prius excepta. Producuntur vero in et, finita, præter penes, et nominativos plura-

rales græcorum crescentes, aut alia nomina in es per epsilon exeuntia, una cum recto singulare nominum acutitone crescentium, aliisq; antea exemptis.

Quæ definunt in i. longa sunt, sed breviantur nisi, quasi, sicubi, sicui, utique; necnon vocativi, & acquisitivi singulares Nominum crescentium græcanici, ut Pari, Amarilli, Palladi, Minoidi, sunt etiam communia mihi, tibi, sibi, ubi, ibi, uti, ubicunque. Cæterum in il, in, ir, is, aut yn, yr, ys, aut y exeuntia corripiuntur, exceptis quibusdam antea notatis. Præterea porriguntur dativi plurales primæ aut secundæ declinationis quæ definunt in is, & accusativi plurales tertiæ declinationis ab eis contracti, ut omnis pro omneis, una cum quis pro queis. Adverbia gratis & sonis nonnunquam fiunt brevia, sed raro, fortasse vix tuto.

Quotquot exeunt in o, pleraq; sunt communia, quo pacto poetice variantur latini gerundiorum, ut inpar medicando dolorem. Cæteri nominum dativi semper extenduntur, ut puero, formoso, una cum adverbiis exinde ortis, ut do, tanto, primo, certo, merito. Sed dubia sunt sedulo, mutuo, crebro, sero; aliaq; potissimum corripiuntur, ut ilico, cito, imo, modo, cum ejus compositis, atq; ego, duo, scio, & cedo, pro dic.

Singula in or definentia, & in on (haud pritis excepta) sunt etiam brevia. Deniq; longa sunt in os finita, præter aptota, ut chaos & cætera, per os omicron, una cum rectis singularibus nominum gravitone crescentium, ut compos, impos, quæ corripiuntur, ut & exos.

U finalis ſemper eſt longa, niſi in obſoletis indu & nenu, quæ rapiuntur. Brevis eſt us finalis, niſi in obliquis quartæ declinationis, & in rectis nominum acutitone creſcentium, aut aliis in us, a græcis in ous deſcendentibus, ubi ſemper eſt longa.

B finalis ubiq; peregrina producitur, ut *Jeb, Moab.*

C finalis (niſi quatenus ahtea excipitur) ſit longa.

D finalis corripitur ubiq;, ut in peregrinis, David, &c.

M finalis in compoſitis rapitur, ut comitor, circumago, ſed ante appoſita eliditur.

T finalis ſemper brevis eſt, ni ſyncopetur, ut

Et petiit herbæ fertilior is opem.

Alii volunt in ejuſmodi exemplis h ſpiſſari ad inſtar ſ. alterius aſpiratæ, quo fiat poſitura.

Alii putant id fieri Cæſura, quiſq; ſuo ſenſu abundet, utut ſe res habet, iſtud temere uſurpare non licet.

De Carminum ratione.

Hactenus dictum eſt de literis atq; ſyllabis, earumq; affectionibus, reſtat ſingularum facere periculum, deſcendendo in rei metricæ arenam, ubi incipiendum eſt a pedibus.

De pedum definitione ac numero.

Pes eſt trium, aut ad minimum duarum, pro certa temporum lege, ſyllabarum conſtitutio: Idemq; biformis habetur, alter ſimplex, alter compoſi-

positus, utrobe binorum contextura, græce Syzygia. Pedes puerilibus ingeniis per monopodiam cognitu facillimam exercendi sunt duodecim, quatuor dissyllabi & trissyllabi octo. Reliqui ex iisdem, vel secum, vel inter se per dipodiam conjuncti trinis insuper vicibus usq; ad hexasyllabos geminandi, evadunt numerosissimi: Cujusmodi celeberrimos a probatis authoribus usitatos operæ pretium videtur simplicibus adjicere, veluti per æquipollentiam tempore ac numero exinde cognoscendos.

De quatuor pedibus dissyllabis.

Pyrrhichius aut Hegemus, in quo breves ambæ	◡ ◡ — Tua
Spondeus vel Antipyrrhichius, in quo ambæ longæ	— — virtus
Iambus vel Daunius aut Gradarius in quo brevem longa subit	◡ — Opes
Choreus aut Cordax aut Trochæus in quo brevem longa præit	— ◡ Este

De octo pedibus trissyllabis.

Tribrachus vel Anticanius in quo sunt tres breves, ut	◡ ◡ ◡ Juvenis
Molossus aut Canius in quo sunt tres longæ, ut	— — — Acquires
Dactylus vel Antanapæsticus, in quo prior est longa, reliquæ breves, ut	— ◡ ◡ Imolis
Anapæstus, vel Antidactylus, in quo priores ambæ breves ultimaq; longa, ut	◡ ◡ — Habitum

Bac-

Bacchius, vel Antilatius, in quo ⏑ – –
prima brevis reliquæ sunt longæ, ut Juventa
Latius, vel Antibacchius, in quo – – ⏑
ambæ priores longæ, tertia brevis, ut Vergente
Creticus, aut Amphimacer, in quo me- – ⏑ –
dia est brevis, cætera utrinq; longa, ut plurimo
Scholius, aut Amphibrachus, in quo ⏑ – ⏑
media est longa, cætera utrinq: brevis, ut Labore

De Tetrasyllabo.

– ⏑ ⏑ –

Choriambus, ut Pervigili

De Pentasyllabo.

Choreobacchius, aut – ⏑⏑ – –
Dactyloſpondeus, ut Denuo nunquam

De Hexasyllabo.

Anapæſtobacchius, ut ⏑⏑ – ⏑ – –
Tibi comparandum

De pluribus Dipodijs.

Proceleuſmaticus aut Dipyrrhichius.
Pæon primus aut Choreoſpyrrhichius
Pæon ſecundus aut Iambopyrrhichius
Pæon tertius aut Pyrrhichiochoraicus.
Ionicus major aut Spondeopirrhichius.
Epitritus primus, aut Iamboſpondeus.
Epitritus ſecundus, aut Choreoſpondeus.
Epitritus tertius, aut Spondeo iambicus.
Epitritus quartus, aut Spondeo choraicus.
Pæon quartus aut Pirrhichioiambicus.
Ionicus minor, aut Pyrrhicnioſpondeus.

Antiſpaſtus, aut Iambo choraicus.
Orthius vel Pyrrhichio tribrachus, vel trib. pyrr.
Paraſæon, vel Chor. trib. vel Dac. pyrr.
Pariambus vel Iam. trib. vel Scol. pyrr.
Meſomacrus, vel Pyrr. Dac. vel anap. pyrr.
Symplectus, vel ſpon. trib. vel Lat. pyrr.
Muſicus, vel Pyrr. mol. vel anap. ſpon.
Daſius, vel Pyrr. bacch. vel trib. ſpon.
Periodicus, vel Iam. ſcol. vel Scol. chor.
Cyprius, vel Iam. anap. vel Scol. iam.
Doricus, vel Chor. ſcol vel Dac. chor.
Strophus, vel Chor. anap. vel Dac. iam.
Diphyes, vel Pyrr. mol. vel Anap. ſpon.
Amœbæus vel Spond. anap. vel Lat. iam.
Periambides vel Iam. bacch. vel Scol. ſpondi.
Dochimus vel Iam. cret. vel Bacch. iam.
Probrachus vel Iam. mol. vel Bacch. ſpond.
Hypobrachus vel Chor. mol. vel Cret. ſpond.
Meſobrachus vel Spon. bacch. vel Lat. ſpond.
Calolypus vel Spon. lat. aut mol. chor.
Dichoreus. Tribrachus nomen ſortitus eſt propter contemporaneitatem.

Annotationes.

Quæ de pedum ſingulorum pariter, ac metrorum vel origine, vel Authoribus, afferuntur, hic prorſus obtruuntur apud Nomenclatores, aut Lexicographos in promptu reperienda. Quod ſupereſt, res ipſa loquitur. Moloſſum & Antimacrum in poëmate rarius uſurpari, quatenus acuminis poetici ceſſatores ingratos, rariſſimeq; Tribrachum & Proceleuſmaticum, ut fervores, præproperos, ultimus autem carmina ſolummodo terminat,

terminat, tanquam anhelus otiiq; avidissimus. Alii complures Poetis minus familiares apud Comicos crebrelcunt: Choreus, & Iambus passim poenatum sunt tritissimi, cum geminandi, tum consociandi; postremus etiam crebro apponitur spondeo suam procacitatem imminituro, metrum item semper claudit mixte Iambicum, quod aliter claudicat, & dicitur Scazon, aut Choliambus.

De pedum affectionibus.

Accidentia vel propriæ pedum passiones cognitu dignissimæ sunt duæ, scilicet pedum inter se proportio, græce analogia, & 2. ictus bini, græce arsis & thesis.

Proportio est advertenda, unde pedes similem aut dissimilem inter se tam rempore, quam numero rationem habent. Sic utroq; modo sunt æquales Choreus & Iambus; Sic Dactylus, Anapæstus & Scolius; Sic Bacchius, Latius & Creticus. Æquales solo tempore dicti contemporanei græce hisochroni sunt Choreus & Tribrachus vel Spondeus & Dactylus. Æquales numero tantum, dicti æquitorn es, græce hisoschemi, sunt tum dissyllabi inter se, tum trisyllabi secum conferendi. Quamobrem pes nullus utrinq; discrepat a reliquis. Soli duo Pyrrhychius & Molossus tam sibi quam cæteris omnibus sunt tempore inæquales. Deniq; dissyllabi trisyllabis, aut e contra, numero sunt alii aliis inæquales Quod eo nomine notandum venit, ut in promptu habeant scioli, quomodo utrobiq; similes pedum vicibus fungantur similium.

Ictus alter elevat primum semipedem in trysyllabis semper dissyllabicum, alter ultimum sem-

per monosyllabum deponit. Quapropter (cum depositio parem cum elevatione moram exigat) ultima brevis Cæsura producitur, nisi potius videatur græcissmus.

De Carminis definitione, & illius usu.

Est junctura pedum numero finita modoque Carmen. Quodquidem primitus inventum est, quatenus, tam aurium deliciis obsequiosum quam dictionum quantitatibus memoriter ediscendis pariter ac belle pronunciandis idoneum.

De Carminum affectionibus.

Carminum proprietates potissimæ sunt, argumentum, genus, species, quantitas, figura, Cæsura, Scansio, de quibus ordine dicendum. Argumentum est Carminis materia, græce dicta hypothesis: unde Carmen denominatur aut 1. Mimeticum, alienam introducens personam, ut aliquot Virgilii eclogæ. Quales & Euripidis tragœdiæ, & Plauti comœdiæ stiliq; cætera dramatici. aut 2. Heroicum Inclytissimorum facinora canens, ut Æneides Virgilii. Qualis est & Comœdia prætextata, seu togata. aut 3. Georgicum, rusticorum simplicitatem sapiens: Qualis est & Planipes, sine sono & cothurno, id autem comici, hoc tragici. aut 4. Satyricum infectans vitia, potissimum urbanæ fæcis dolos & scelera: Qualis est & Tabernaria. aut 5. Elegiacum lugubria induens. aut 6. Lyricum tristia demulcens: Qualis est Attellana: aut 7. Epigrammaticum, res aut personas apprime delineans. aut 8. Didascalicum bonos mores instituens. aut 9. Historicum, quod fictionis expers dicitur

Epos

Epos, ut Poema Lucani a Fabio & Suida Epopæi nomine insigniti. aut 10. Mysticum seu anagogicum, aliud quiddam præter enunciatum, idq; potissimum pro analogia commemorans: ut Metamorphosis Ovidii.

Genus Carminis recensetur multifarium, scilicet Archilochium, Alcmanium, Sapphicum, Phalæcium, Asclepiadeum, sed præ cæteris quam maxime celebratur Mœonium, aliis omnibus norma & fundamentum.

Aliaq; perplurima ex prioribus senis, sed ex aliis alia (sicut e Mœonio singula) proximius scaturientia, utpote scitu minus digna passim obiter attingentur.

Species Carminis dignoscitur, vel 1. ab alicujus pedis principatu; sive simplicis, unde nuncupatur Dactylicum, Iambicum, Anapæsticum, Choraicum; seu Compositi, unde vocatur Choriambicum, Ionicum &c. vel 2. a pedis depositione, sive integri, unde fit Acatalecticum, seu dimidiati unde Catalecticum, seu prorsus diminuti, unde Brachycatalecticum, seu omnino luxuriosi. unde Hypercatalecticum, a quibus ram deliquijs, quam pleonasmis, æque ac Syllabicis figuris (nisi res aliud postulat) metrum quodvis abhorrere decet. Quantitas Carminum deprehenditur ex pedum numero, unde aliud dimetrum aliud trimetrum audit, et sic deinceps pro versuum diversorum variegata inter scandendum ratione.

Figura discernitur, quatenus poema vel sit uniforme, nullis alterius figuræ metris admixtum, græce dictum Monocolon, vel multiforme, quod alternatim rediens græce dicitur Dicolon Distrophon, vel terna qualibet vice tricolon tristrophon,

phon, & ſic de cæteris decernendum eſt.

Cæſura, græce dicta tome, aut Comma locum habet in ultima dictionum ſyllaba, quando pes præcedens definit in penultima; vocatur autem poſt primum pedem abſolutum. Triemmieris, aut Semiquinaria, poſt tertium, poſt quartum Ennemimeris, aut Seminonaria. Sin pes ſubſequens a diſſyllabico incipiat termino, tunc Cæſura vocatur Trochaica, ut heu miſerere tui.

Scanſio Carminis dimetiendi copiam ad libitum facit Muſarum Clientibus, qui earum legibus morigeri pedes ubivis (niſi ſolo forte numero) pares, alios alijs ſufficiunt, quod haudquaquam eſt in diſpendium, ſede bona fruge futurum: Quatenus 1. Voluptatem varietatis Comitem gratiſſimam parit. 2. indolem prodit ingenuam, ejuſmodi exercitatione firmandam pariter ac alendam. 3. Maximo eſt uſu ad conciliandam variandi artem, qua tam Conædiæ in poemata quam eadem multijuga in ſe invicem permutentur. 4. Ludimagiſtros Dactyloſpondaicorum veterno conſopitos excitat, ut ad frugem ſe recipiant meliorem. 5. Denique Lyricos omnes (quo vati nihil eſt antiquius) vindicat abs contumelijs. Ecquis enim Poetarum principes catalecticorum aſſuetudine carminum diffamari ſinat, aut Sua ſe carmina nuncupaſſe credat Pentametra, vulgari nomine nobiſcum cognita, ſed inter metiendum numeri diminuta. Quapropter ne inveteraſcendo moſin valeſcat præpoſterus, quo damnis deſudaſcitur: In aliam Tyrones introducuntur Palæſtram, quæ in rem ſuam cedat felicius; Lyricorumq; carmina fiſtat illibata, tanquam ab imprudentum ſcholijs alieniſſima.

De

De *Carmine Mæonio.*

Mæon latine Pater aut Alumnus, unde Mæonia uvarum feraciſſima, Bacchi patria, & Homeri nomen facientis Carmini Mæonium. Quod niſi paſſim auditet Dactylicum, meo nuncuparetur ſenſu Bacchicum. Sed ne bilis moveatur vulgo, abs tritiſſima via ægre diſceſſuro, eſto Dactylum, Hexametrum, Monocolon, Acatalecticum, pedes quatuor primos recipiens promiſcue Dactilices, aut Spondaicos iiſdem ſurrogandos, ut æquitemporaneos, aut rariſſime tribrachos Dactilis æquiformes, ſextum potiſſime Spondæum aſciſcit, ut et quintum proprijſſime Dactylum. Vox integra Mæonium parcius claudit. Diſpondaica, aut (quod eodem redit) triſſyllaba cum eneli tica, quam præit Dactylus propriæ ſed i. proximus exempli gratia.

1. *Quid ſit, & unde ſuis limata poetica fict.*
2. *Membris, & quatenus varianda poemata, Virtem.*
3. *Quid deceat, quid non, vario dein Carmine grata*
4. *Quæ virtutis erit, quæ tetrica labis origo:*
5. *Si noſces (noſcas, libeat vatique futuro)*
6. *Par illi quidvis (refert) addiſcas Arti,*
7. *Arti, præ nummis potiori pluribus aureis.*
8. *Mæonium prius eſt reliquis, referatque Monarcham.*
9. *Archilochus, proprioſque Cohors plebeia Clientes.*
10. *Eſt nimis auguſtum ſoli, ſed utrique ſat amplum.*
11. *Arcanum regni tribus eſt ſpacioſius æquo.*
12. *Valeat alterius ditio, ſed conſulat omnis.*

13. *Quiſque*

15. *Quisque suis vigeat, salvos facit ordo: supremis.*
14. *Infima mista ruunt, manat pax omnis ab uno.*
15. *Aspera turba labat, mitis concordia pollet.*
16. *Dulcia sedatas demulcent otia Gentes,*
17. *Præ propetante tremit strepitu, quatit undique tellus.*
18. *Torva, molesta, ferox, ampulla, cupido, voluptas.*
19. *Atterit, arcet, habet, decus, emolumenta, dolores.*
20. *Nobiscum formas solemne subire ferinas.*
21. *Humanas subijt nunquam fera, transformatur*
22. *Quodlibet in pejus, propria statione relicta.*
23. *Contentos fere sorte sua quoscunque decebit.*
24. *Væ mihi quod lugens graviter de crimine narro.*
25. *Cui licet ignoscas deterrime Pestiferorum,*
26. *Sum Vates, opus est vires tentare monendo.*

Scholia.

Poema superius (quod in Acroamaticis fieri solet) Mæonij carminis affectiones prelle exhibet, quas eo obscuriores una cum Epithetis inde sortitis opus est explanari, & ad commune judicium accommodari.

Mæonium dicitur Enoplium sub initio admittens trimetrum Didactylo Spondaicum, quod genus Armati prælium inituri concinebant, tale carmen est 1.

Sapphicum vocatur quod incipit a dictione dissyllaba, et in similem definit, cæteris ut plurimum Dactylicis. Cujusmodi est 2.

Periodicum nuncupatur mæonium omne alternatim Dactylo Spondaicum quod genus est 3.

Bucolicum

Bucolicum habetur, cujus quartam ſedem integra dictio abſolvit Dactylica; cujuſmodi eſt. 4.

Acquiſorme audit, quod Cæſura pergit continua, quale 5. 9. 18. 20.

Acquipes nominatur, cui pes unuſquiſpiam ubique manſionum ſuppetit, ut 6. et 8. ultimum autem vocant alij Hymeneum; Ibicum alij, alterutrum ab alijs vocatur hiſochronum. Prioris exemplum.

Romani Cives tum facti ſunt Cumani, poſterioris, Pallida diffugiunt face territa ſydera luminis. Dolichurum dicitur, cujus in exitu ſuperat, ſyllaba per Synæreſin contrahenda, ut 7. Exemplum. Atria dependent lychni laquearibus aureis.

Mythicum res denotat umbratiles, quæ velis quibuſdam quaſi obtenduntur, ut 9 *&c.*

Acephalum eſt, cui tempus in principio deeſt, ut 12. Exemplum.

Arabio vectors lucet bombyce puella.
Priamidem vidi laniatum corpore toto.

Acquidicum, Cujus in utrovis Commate dictiones ſibi opponuntur ſingulæ, ut 15.

Teres græce malacoeides, quo verbum interponitur inter Epitheta præcedentia, et ſuppoſita ſubſequentia, ut 16.

Sonorum græce Echeticum, quod pro rei tumultuariæ natura, pedum modulatione conſona formatur. ut 17.

De quo mentio ſuperius facta eſt in literarum ſono.

Correlativum, aut Alyndetum, aut Palindromia, quo variæ dictiones, aut membra ſibi invicem reſpondentia collocantur ſine copula; ut 18. et 19.

Perfectum

Perfectum græce Teleium, quod omnes orationis partes complectitur, ut 24.

Fistulare græce Pedomeres, aut Climacotum, quo proxima quæque dictio priorem syllabarum numero superat, ut. 25.

Absolutum græce Apertismenum quod argumentosam perficit sententiam, ut 26.

Deniq; Mœonio peculiare deputatur, quod eo venustius est, quo propius accedit ad æquiforme. ut Car. 6. 13. 15. 17 & 21. in quibus ante mansionem quartam pes nullus (præter primum) cum dictione absolvitur: Quod nihilominus obtingat sedi tertiæ, aut secundæ, sed (velut in prævio poemate) prius cavendum est, ut sedem tertiam absolvat longa monosyllaba, ut Car. 4. vel dissyllaba Pyrrhichica. ut Car. 11. Itidem ut longa sedem secundam terminet monosyllaba ante alteram ejusmodi proxime subsequentem (ambæ enim ad spondaicum dissyllabicum ubivis locorum æquales sunt) ut Car. 3. vel ut pyrrhichica sedem claudat dissyllabica, ante binas dissyllabas Choriambum constituentes, ut Car. 23. vel ante monosyllabam & integram dictionem Anapæsticam, quæ itidem ambæ choriambum efficiunt, ut Car. 8. Poema totum qua Hexametrum (salvo propriis sedibus dactylospondaico, aut quod eodem redit, Choreo bacchico) ita per dipodiam in prioribus quatuor locis dimetiendum est.

Dac. spon. geminatum 3. 24.

——Spondac, geminatum 4. 21.

Didac. geminatum 8. 17. 19.

——Dispon. geminatum 6.

Didac. dispon. 14. 15.

Dispon.

——Diſpon. didac. 11.

Didac. dacſpon. 9.

——Diſpon. ſpondac. 20.

Didac. ſpondac. 1.13.18.

——Diſpon. dacſpon. 5.7

Dacſpon, didac. 12.

——Spondac diſpon. 26.

Dacſpon, diſpon. 16.

——Spondac. didac. 2.

Dacſpon. ſpondac. 10.25.

——Spondac. dacſpon. 23.

Totum rurſus Hexametrum per alias ita meiendum eſt diſpodias, quæ ſingulos duodecim pedes complectuntur.

Molpyr, vel Antidiphyes geminatum ſponchor. vel Epitritus 4. Car. 21.

Molpyr. molanap pyrſpon. aut Ionicus minor 4.

Chorſcol. aut Doriſcus. danuſpon. aut Epitritus primus, latibacch. 14

Tribchor. aut Hegemoſcolius danuanap. latiſol. 12.

Molanap. pyrchor aut pæon tertius diſcol 2.

Chorſcol. danuanap. aut Cyprius. latibacc. 9

Dacmol. ſponanap. aut Anacbæus. pyrſpon. 10.

Molſpon. pyrmol. aut Muſicus pyrcretic. 7.

Chorſcol. Danumol. aut Probrachis, chorbacch. 15

Idem pedum numero diminutum ſic migrat in Pentametrum.

Dacmol. anaplari. bacch. 3.

Canlari. bactroch. bacch 5.

Mol. Dianap. latibach. 23.

Diſpon-

Diſpon. molanap. Mol. 21.

Dican. didac. ſpon. 20.

Idem etiam migret in Tetrametrum Moloſſicum, dican. geminatum 6.

Idem pedum numero auctum abeat in heptametrum Chor. ſcoldauni, aut antiperiodicus, anapchor. dacſpon. 19.

Chorſcol. daun. anap. pyrdac. aut meſomacer. ſpon. 17.

Idem abeat in octametrum.

Sponchor. aut Epitritus quartus daun. pyr. aut Pæon ſecundus Choriamb. pyrſpon. 2.

Chor. ſcoliamb pyrchor. vel Pæon tertius daun. pyr. ſpon. 17. & 19.

Idem abeat in Enneametrum.

Choriam. pyrchor. daun. pyr. choriamb. daun. 8.

De Archilochio.

Archilochus Judiciariam valet cohortem criminibus perſtringendis aſſuetam, Cujus mores Parius Poeta paſſim pervulgatus ita effingit.

Archilochum proprio rabies armavit Iambo,
Tincta Lycambæo ſanguine tela madent.
Et patris & natæ maduerunt ſanguine: Quidni
Fas, eadem rabidum vulnera facta pati?

Archilochium igitur ubivis reperitur plus minus Iambicum, plerumq; mixtum, nonnunquam autem purum: a Monocolis incipiendum eſt, Cujuſmodi ſubſequuntur.

Tetrametrum ſpondiambicum Monocolon variandi

riandi certam rationem renuens, eo quod pes alteruter (ni fit finalis) alteri promiscue surrogatur exempli gratia.

Hæc metra nullis polluent
Alumnos pellicatibus,
Vetant honestum subjici
Vel jucundo, vel utili,
Malorum levis omnium.
Ab his virtutum carpitur
Novandus ignis indies,
Iniquitas & exulat.

Aliud constans e didactylos & dactiliambico quod migret in pentametrum e dactylo Choriambo & Pæone quarto constitutum, ab usu dictum Ithyphallicum.

Qui probus ingenuum serit agrum,
falce rubos silicemq; resecat.
Vt nova fruge gravis Cereseat.
Tu quoque falsa tuens bona, prius
Incipe colla jugo retrahere.
Vera debinc animum subierint.

Hexametrum spondiambicum.

Pavonum cauda viso subsidit pede,
Novissimus quis fiet exitus tibi
Mali, recogita, libido deficit,
Fugata Vindicis timore tetrici.

Aliud Hexametrum spondiambicum claudicans quod vocatur Hipponacteum.

Non omne nostra mente depulit lumen
Oblivioſam corpus invebens molem.
Primævi semen hæret introrsum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina.
Id Musa personavit Platonis dudum
Aiens, quod discis immemor recordaris.

Hex-

Hexametrum constans e spondactylo, spondanapæsto, et Didactylo, quod fiat octonarium constans e spondeo, triplici choriambo, et Dannio.

Pernix officijs invigila, diffugit invida.
Aetas, carpe diem quam minimum credule postero; Explorare nefandum reputes, ecquis volubilis Te fortuna manet, quin statuas quicquid erit pati:

Hexametrum, Dicolon Distrophon, recipiens, ut plurimum spondeum, aut Dactylum, cum duobus choriambis et anapesto, aliter in duabus primis sedibus promiscue recipit spondeum, aut Dactylum, sed in reliquis immutabiliter spondeo Pyrrhichicum, et Choriambum, alternatimque succedit Mæonio.

Fata manent hominem rapientia mortis ad umbras;
Pro scelerum meritis, aspera fata manent.
Qui sapit, agnoscens crimen sibi noxa nocebit in se,
Sponte sua læsi Numinis ultor erit.
Insipiens contra fremit in calcaria, vipinus
Porrigit, ut tandem saucius omnis eat.
Nempe malus venit præsentia ferre, rebellis
Ferre præ esse Deum, qui velit esse Deus.
Laus tua, non tua fraus, virtus non turgida cordis,
Scandere te faciunt hoc decus eximium.

Primum in hoc poemate distichon vocatur Serpentinum, cauda enim caput suum complicat, ultimumque dicitur reciprocum retrogradis dictionibus invertendum; exempli gratia.

Eximium decus hoc faciunt te scandere Cordis
Turgida non virtus, fraus tua, non tua laus.

Trimetrum Dactylo choriambicum, aut choriambo anapæsticum, nempe versus prioris ultima Penthemimeris Mæonio subjungenda;

Auri

Auri sacra fames Divos; Erisychthona læsit
Pœna reversa fame.
Sic titione sacro pullos sibi concremat ales,
Quæ sacra diripuit.

Tetrametrum recipiens amphibrachoamphimacrum geminatum, alias fiat Hexametrum pure Iambicum, quod Mæonium subsequitur.

Vis fieri Nemesis, devoti sanguinis ætas,
Tuam ferisque viperina patriam.
En proprijque lares, & agri, fanumque colendum
Relinquitur feris, gravique noctuæ.
Huc vastasse satin? satius suadeberis? An te
Velis carere pessimis laboribus.
Des operam læsum lachrymis placare Jehovam,
Oportet insuper pigere criminum.
Porro canit Vates, Dominus benefecit, & omne
(Fruendus ipse dum sit) auferar bonum.

Tetametrum Spondiambicum subsequens Mæoniũ

Num sacro sancta reos lædendi numina Divum,
Timere vos liquet Jovem?
Fœdera fœdifragum rescissa dolebitis olim,
Vestrasque ridendas vices.
Mox ventura dies properat rapidissima testis
Memphiticæ tyrannidis.
Euge boni, celebrate diem stata sacra ferentes,
Sigilla gratitudinis.

Hexametrum, Mæonij comes, quod constat e Scolispondaico, Didactylo, & Choriambo; prioris autem locum sæpissime Latius, tertij quandoque Creticus supplet.

Morbus amicitiæ colitur Gnatho, vera fugantur
Honesta virtutum vitijs dare signa libet.
Quisque salutari gestit frugalis, Avarus:
Benignior qui Prodigus, qui Tetricusque gravis.

Gerro lubens Comis Parasitus humillimus audit,
Heros Rebellis, Cautus ubique Pusillanimis.
Sic Lascivus amat, Bibo dat consortia læta,
Fautore felix Numine depeculator abit.

Hexametrum Spondiambicum Hexametro Choriambico prævium.

Quamvis fluente dives auri gurgite
Non expleturas rogat avarus opes,
Ornerque baccis colla rubri littoris,
Rutaque centeno scindat opima bove.
Nec cura mordax deserit superstitem,
Defunctumque leves non comitantur opes.

Aliud Hexametrum Spondiambicum recipiens in locis imparibus tribrachum, sæpius autem anapæstum, Tetrametro comitante Spondiambico.

Quicunque solam mente precipiti petit
(Summumque credit) gloriam.
Late patentes ætheris cernat plagas,
Arctumque terrarum situm.
Brevem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.

Tricolon, Tristrophon, Mæonio subsequentibus imprimis Spondiambico, quaternario, deinceps Trimario, Dactylochoriambico.

Trans mundi fabricas, opus admirabile, solus
Beatus in te permanes,
Qui Deus haud humiles.
Despicis, elatosque premis, discrimina mille
Ubique dum circumstrepant,
Te duce, sola salus.

Idem mutatis Carminum inter se posteriorum sedibus.

Luce canam te, nocte canam te, nulla carebit
Laudibus hora tuis,
Nostri Creator, salus.

De

De Alcmanio.

Vulgus libidini nimio opere indulgens suæ, tyrannidis vero impatiens alienæ, passim grassatur in imperium, nisi prorsus imbellis, ut Analcimus: alias pro viribus furit ut Alcmanius. Cujus personam gerit Sardiensis poeta de quo subsequens tristichon.

Phthiriacis satus est, obijt morboque Satorum
Alcman: et causam scrutaris? Agesidis esca
Jam satur, in venerem petulans prorupit iquidem.

Carmen Alcmanium Mœonij æmulum propriissime audit Anapæsticum, aut Antidactylum, veluti Dactylo retrogradum, quod sæpissime reperitur Monocolon, sed pro variegatæ sortis accessione nomen ubivis novum sibi asciscit. Auspicandum est a minutissimo scilicet Adonico, quod est Monocolon dimetrum Chorambacchicum, Dactylospondiacum, aut Anapæstico-spondæum.

Gaudia sperne, } Torva libido,
Atque dolorem, } Ratio cudit,
Spesque timorq; } Munere hos
Ambo fugantor. } Fungier impos,
Quando gubernat } Laudibus æquo.

Trimetrum constans e Molosso Anapæsto & Pyrrhichio, aut e Spondeo & Didactylo, quod vocatur Glyconium.

En rerum seriem ligat, } Bellū continuo geret
Terras ac pelagus regens, } Germans solvere ma-
Et Cœlo dominans amor. } chinam
Hic si frœna remiserit, } O felix hominū genus
Quicquid nunc amat invicem, } Si vestros animos amor
(Quo cœlum regitur) regat.

Hexametrum recipiens Chorambum, Dianapæstum, Pyrrhichio-spondiacum quod fiat Pentametrum

metrum, Choriambo in molossum migrante.

Quisque Deum similem sibi fingit, ineptus
Ignarum statuit, Nocuusque nocentem,
Et felix facinus putat oppido dium.

Tetrametrum, quod promiscue adhibet anapæstum Dactylum aut Spondeum, & nuncupatur Pindaricum.

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immensum
Legibus orbem provida servat.
Repetunt proprios quæque recursus,
Redituque suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini junxerit ortu;
Stabilemque sui fecerit orbem.

Aliud constans e Leiana pæsto, aut Spondana pæsto, aut quandoque Dispondeo, cum Pyrrhichispondeo: Porro si prius dimetrum sit Spondana pæsticum, totum carmen fiat ex Ionico majore & minore ubi syllaba intermedia venit Hypercatalecticos, sin prius sit Diana pæsticum (dempta dissyllaba intermedia) fiat e Pæone tertio & Ionico minore.

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus sua Jura tremiscat,
Et serviat ultima Thule;
Tamen atras pellere curas
Non posse, potentia non est.

Item Mæonio subjungendum Dicolon Distrophon.

Impietas,

Impietas, legis sacrosanctæ Luce coruſca,
Tremefacta repente faceſſit.
Ut levis in tenues fumi vapor effugit auras,
Ut cera liqueſcit ab igne.

Aliud quaternarium in priori dimetro recipiens Moloſſanapæſticum, Spondeomoloſſum, aut Dactylomoloſſum, poſteriori Spondeum, aut Anapæſtum cum Pyrrhichio. Tetrametro ſubſequenti Spondiambico.

En Regum Dominus ſceptrum tenet,
Habenas orbis temperans.
Surſum te reducem referat via,
Quam nunc requiris immemor.
Dices celſa videas, hæc patria,
Hinc ortus, hic ſiſtam gradum.
Quod ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam viſere.
Quos miſeri torvos populi timent
Cernes tyrannos exules.

Idem Mæonij comes; tam illud prius, quam hoc, ad libitum fiant DactyloSpondaica, niſi quod illud in Dactylum, hoc in Spondeum tantummodo definit.

O cæcæ mentes hominum, qui dogmata ludunt
Intenti mendacibus umbris.
Solliciti torquent invanas pectora curas,
Credere nolunt vera moventi.

Dicolon, cujus primum carmen eſt Hephthemimericum, indiſcriminatim admittens Dactylum aut Spondeum: poſterius eſt trimetrum ſuſque deque ferens prima ſede Spondeum, Dactylum aut Anapæſtum, ſed omnino definit in Dactylo. Spondaicum Carmen alterum ab uſu tragicum, alterum ab authore Phereeratium dicitur.

Quid genus & proavos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Authoremque Deum ſpecteris,
Nullus degener extat.
Ni vitijs pejora fovens,
Proprium deſerat ortum.

Aliud, quorum prius conſtat ex Anapæſto aut Spondeo cum ſcoli-ſpondeo paſſim exeunte, vocaturque Anacreontium, poſterius eſt Pherecratium.

Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amœnæ.
Humili domum memento
Cautus figere ſaxo.
Quamvis tonet ruinis
Miſcens æquora ventus:
Tu conditus quieti
Felix robore valli,
Duces ſerenus ævum,
Ridens ætheris iras.

De Sapphico.

Carmen Sapphicum pedem ſibi ſolennem adoptat Choreum, vulgoque habetur Pentametrum, conſtans e Choreſpondaico Dactylo & Dichoreo: aliter fiat e Choreſpondaico Choreſcolio, & Choreo, aut migret in Tetrametrum, recipiens Cretiſpondeum & Anapæſtobacchicum Monocolon.

Herculem duri celebrant labores,
Ultimus Cœlum labor irreflexo,
Suſtulit collo, preciumque rurſus,
Ultimi Cœlum meruit laboris.
Ite nunc, fortes ubi celſa clari
Ducit exempli via. Cur inertes,
Terga nudatis? ſuperata tellus,
Ultimum dat ſydera poſſidere.

Trimetrum, poſt Latium admittens Dichoreum, quod Spondiambicum fiat Tetrametrum Catalecticum.

Si virium tuarum } Sublime veſtus alis,
Fiducia ſuperbus, } Majora quam liceret,
Deſpexeris minorem, } Sperare cogitabis,
Si mentis arrogantis } Factum lues nefandū.

Septenarium, quod incipit ut plurimum a trichoreo & prorſus in Amphimacrum definit, tres autem reliquos pedes Choreos ſpondaicos Pyrrhichios aut Tribrachos.

Cœtus inquiat fidelium, Dei præſtantia
Ni faventis adfuiſſet, quam veniret perditum
Nos ſuperba multitudo, freta ſtultis viribus,
Forte vivos devoraſſet debiles & pauculos.
Ira fervidi furoris, avida noſtri ſanguinis,
Obruiſſet inſtar undæ nos procella cladium.

Dicolon tetraſtrophon, exordiens ab trinis Pentametris Trochaicis, & quaterna vice definens in Adonicum.

Sponte qui pravis ſtudijs inhæret,
Sit procul, diri ſceleris miniſter,
Candidos nunquam mihi cenſeatur
Inter amicos.

Veritas ſimplex quibus eſt amori,
Intimos ardebo viros medullis:
Serius (dum ſint ſocij) ſenectus
impleat annos.

Dicolon Diſtrophon, ubi Tetrametrum Spondiambicum ſubſequitur Pentametrum Trochaicum.

Gentis humanæ pater atque Cuſtos,
Quam ſancta majeſtas cui
Nominis terras ſtupefecit omnes;
Sol quas recurrens aſpicit.

Aliud, ſubſequente Glyconio.

Nemo fortunis hominum educis,
Nec lætis habeat fidem,
Rara fi conſtat ſua forma mundo,
Si tantas variat vices.
Conſtat æterno poſitum ſtatuto,
Ut conſtet genitum nihil.

Tetrametrum prorſus Choraicum aut rarius incipit a Choreſpondaico, Comitante Phereeratio.

Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani regmina cultus,
Jam videbit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido verſat
Avidis corda venenis,
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens.
Mœror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.

Tetrametrum conſtans e Choteſpondaico et Dichoreo ante Trimetrum e Dichoreo et Dactylo.

Jure dicat grex bonorum,
Mille me moleſtijs
Factio preſſit malorum
Nunc ab annis plurimis:
Exſcidiſſe ſed nequivit
Memet ullis machinis.
Sic parens rerum benignus
Vincla rupit impia,
Meque nervis liberavit
Servitutis aſperæ.

Item Trimetrum ante Tetrametrum Spondiambicum.

En benignitas Dei,
Et in ſuos clementia
Clauſa non eſt termino,
Sed firma ſtat pactis fides.

Poſterorum

Posterorum Posteris
In sempiterna secula.

Tetrametrum binarium cum eodem Trimetro, Dicolon Tristrophon.

Ecquis amens non Jehovæ
Facta miretur stupenda,
Protinus ni desipit.
Quem potentem contremiscit,
Quem parentem suspicitque
Tota rerum machina.

Trimetrum e Dactylo dichoreo, quod vocatur Aristophanium, ante Hexametrum e Choremoloso, Anapæsto Dactylo et Dichoreo.

Agminibus tametsi
Me premant discrimina condentium, usque quaq;
Quam mare non domandum
Verberat littus rapidis fluctibus & procellis.
Dulce jubar Jehovæ
Singulatim discutiet tot mihi luctuosa.

Tricolon Tetrastrophon, cujus primum et secundum Carmen constat e Latispondeo, aut rarius e Scolispondeo, et Didactylo; tertium e Latispondeo, et Dichoreo, quartum e Didactylo, et Dichoreo, utrumque præcedens cum extremo dicitur Alcaicum. Tertium vero Tetrametrum Iambicum, Hypercatalecticum.

Si memet Judex jure redarguit,
Nec falsa mendax crimina texuit,
Si damna tranquillo creavi,
Premerito male ni peperci:
Me persequatur, dum capiat sequens,
Captum terat, tritum pedibus suis
Conculcet, et vafri superbum
Calcitret, abijciatque fastum.

De Phalæcio.

Carmen Phalæcium est etiam Choraicum, utpote Sapphico finitimum, Quorum utrum vis in alterum mutetur, si vel caput Sapphici Pentametri ad calcem Phalæcij apponatur, vel pes finalis Phalæcij fiat initialis Sapphici, utrunque autem ex facili fiat Iambicum.

Monocolon familiarissimum reperitur Pentametrum, constans e Spondactylo, & Trichordo, quod migret in Tetrametrum recipiens Molossanapæsticum & Scoliispondeum.

Sævum cur adeo miser Tyrannum
Miraris sine viribus furentem?
Nec speres aliquid, nec extimescas,
Examinaveris impotentis iram.

Tetrametrum, ex Pyrrhichio & Trichoreo, aut ex Pæone tertio, & Dichoreo.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum
(Ubi grata mella fudit)
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Hexametrum dictum Bucolicum, habet tres primos pedes promiscue Spondactylicos, quartum omnino Dactylum; Denique autem Trichoreum. Sin auferatur inde syllaba antepenultimæ prævia, fiet Mæonium.

Quæ varijs spectas animalia discrepare formis,
Prona sibi facies hebetes valet ingravare sensus.
Qui recto Cœlum vultu petis, exeriisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum
Inferior fidat mens, corpore celsius levato.

Dicolon, aliud Heptametrum Bucolicum, aliud Pentame-

Pentametrum, recipiens Latiſpondeum, & Trichoreum.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumque turres ſplendidiſſimorum.

Summa brevis vitæ tibi ſpem vetat inchoare longa
Mox fata poſcent ſupputationem.

Impia ſacrilegæ contagio præcavenda turbæ,
Cladem perennem fert brevis libido.

De cunctis mereare viris bene, gratiamque certam
Ipſi, tuum cor, aut Deus rependet.

Dicoloner, cipiens aliud Dichoreum & Dactylum, aliud Latiſpondeum & Trichoreum, quod vocatur Euripidium.

Veritas opes meæ,
Fideſque ſunt, quem dives imminutum
Suſpicit, nec amplius
Quid opto, jamdudum ſatis beatus.

Phalæcium Pentametrum, comitante Pentametro Sapphico.

Si veram poteris notare lucem,
Pellet (illuſtrans aciem) tenebras.
Hæc nobis requies erit laborum,
Hæc viris unum medicamen ægris.
Hæc portus placida manens quiete,
Hæc patens cunctis miſeris aſylum.

Phalæcium Pentametrum cum Sapphico Tetrametro, recipiente Didactylum cum Dichoreo.

Quamvis ſe Tyrio ſuperbus oſtro
Comeret, & niveis lapillis,
Inviſus tamen omnibus vigebat
Luxuriæ *Nero* ſævientis.

Phalæcium Pentametrum cum Archilochio Hexametro choriambico.

Cur tantos juvat excitare motus!
Et propria fatum ſollicitare manu!

An mortem petitis! propinquat ipsa
Sponte sua, volucres nec remoratur equos.
Quos serpens, Leo, Tigris, ursus, apri
Dente petunt, itidem se tamen ense petunt,
Alternisque volunt perire telis?
Non est justa satis sævitiæ ratio.
Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige jure bonos, & miserescе malis.

De Asclepiadeo.

Asclepiadeum vulgo habetur Pentametrum constans e Spondeo Choriambo et Didactylo, primique tres plærumque sine cæsura exeunt: alias fiat Tetrametrum e molossanapæsto et Didactylo aut Hexametrum e Spondeochoraico-Daunichoraico, & Diiambo. Quod auctum syllaba finali fiat Archilochium, Choriambicum, aut trichimeri cumulatum migret in Heroicum.

Custos hominum! quem statues modum
Iræ! cur solitis nos modo sepibus
Nudos in spolium deseris hostium!
Quos crudelis aper proterit, Alites
Carpunt, omnigenæ depopulant feræ.
Afflictis placidus porrige dexteram
Ut servis mala feliciter exeant.

Aliud Pentametrum non nihil dispar a priori, eo quod semper definit in Dactylospondeum: Primaque Penthemimeris promiscue asciscit spondeum aut Dactylum cum Choriambo, Choriambus autem aliquando abit in Molossum, unde hoc carmen ab alijs annumeratur Alcmanio.

Heu

Heu quam præcipiti mersa profundo
Mens hebet, ac (propria luce relicta)
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quoties flatibus acta
Crescit in immensum noxia Cura.

Dicolon Tristrophon. Cujus primum & secundum Pentametrum ascisçit Anapæstochoriambicum cum Adonico, Tertium vero septenarium recipit Anapæstum cum binis Choriambis & Adonico.

Cumulatos sequitur sollicitudo,
Cumulandique fames improba nummos
Misero, qui sibimet sævior est, parcus acervi.
Dominus splendidior prodigus auri.
Inopum castra petam nil cupientium,
Inopum defugiens inter opes agmina ditum.

Dicolon, constans e Glyconio et Asclepiadeo Pentametro priori.

Cunctos in scelus undique
Conjurasse putes, fœda, nefaria,
Detestandaque perpetrant,
Nulli recta student ex animo sequi,
Delictisve ferunt suis
Iracunda Iovem ponere fulmina.

Idem Asclepiadeum ante Pherecratium.

Omnes fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Præclarisque viros ornet honoribus
Sors, nil parta videntur.
Sed quæsita vorans sæva rapacitas
Altos pandit hiatus.
Et plus egregijs muneribus fluens
Sitis ardescit habendi.

Tricolon

Tricolon Tristrophon, Cujus primum est Glyconium, secundum, Asclepiadeum, Tertium carmen Choriambicum octonarium.

Stulti (posthabito Jove)
Defecere, novos quisque sibi Deos
Effinxere, colentes animi ludicra somnia,
Quorum sanguineas dapes
Non libabo, truces horreo; nomina
Testis non adhibebo, fidei foedera sanciens.

Dicolon Tetrastrophon, cujus trina priora sunt Asclepiadea, ultimumque Glyconium.

Extremum Thanaim si biberes Scytha
Sæ vis visceribus, nos tamen asperas
Stratos ante fores, trudier incolis
Plorares aquilonibus.

Ingratam superis pone superbiam,
Ne currente retro funis eat rota:
Insqbat rigida durior æsculo
Nemo supplicibus suis.

Divis orte bonis, optime patriæ
Custos sedis, abes jam nimium diu,
Maturos reditus Dij faciant tibi
Fidi suffragio gregis.

Tricolon tetrastrophon, cujus primum & secundum est Asclepiadeum, tertium Pherecratium, quartumque Glyconium.

Heu nostras referent in mare te novi
Fluctus! ecquid agis! fortiter occupa
Portum, namque videres
Nudum remigio latus.

Haud navi remanent integra lintea,
Nec Dij, quos variis ipse voces malis,
Ni stultissime ventis
Debes ludibrium, Cave.

Aliud, cujus primum & secundum e. Latispondeo & Didactylo, Tertium e Latispondeo, aut

Scho-

Scholiſpondeo et Dichoreo, Quartum e Didactylo et Dichoreo. Utrumque præcedens fiat Spondiambicum Pentametrum.

Iræ domentur, quas neque Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum
Nec ſævus ignis, nec tremendo
Jupiter ipſe tonans tumultu.

Iræ Thyeſten exitio gravi
Stravere celſis urbibus ultimæ.

Stetere cauſæ, cur perirent,
Et premerentur ad hæc aratro.

Pones furorem, mitibus aſpera
Mutabis, ac incommoda quælibet.

Mox ſarcies, deinceps benignus
Flexanimem facies et hoſtem.

Pampodium Tetraſtichon Elegiacum.

Tua virtus triſte nefas,
Veſtrates perimis Anglicus homines,
Probatos virtute, Principes honore,
Peſſundatam miſerabere Chriſtianitatem.

Advertat Lector, Choro familiaris Aonio quam plurima Regularum exempla (quod pro acceptilationis ratione neutiquam eſt reticendum) a Boethio, aut Bucano, aut utriuſque Magiſtro, Lyricorum Principe Horatio fuiſſe mutuata; Religioſum vero fuit (ne Tyrones laceris aſſuefierent Metris, eorum carmina vel Catalexin, aut aliam quam libet Anomaliam paſſa reddere illibata.

Quod reliquum eſt, Author (niſi fuerit impar ſumptibus, impedimentis nimium diu moleſtis) in votis habet, proximos rei metricæ labores exantlare, ut pueriles animi (Deo adjuvante) Chriſtianæ

Christianæ veritatis imbuantur elementis, Quæ ducibus forment juventutem, ad mores castos, fidem intemeratam, et spem invictam. Postremo, qua quisque est humanitate, mutuam communi bono navabit operam; si quis alij nequit venire subsidio, adjuvet precum suffragio, ut hæc omnis elucubratio feliciter cedat, felicissimeque in Christo quisque pro sua probitate valeat.

BRITISH MUSEUM 7 AP 75

FINIS.